

Johann Quistorp

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, SS.
Theol. D. & Prof. Facult. Senior & Rostochiens. Superattendens, Ad Exequias
Quas Coniugi suae desideratissimae Margaretae Kaffmeisterinn/ Maestissimus
Viduus Vir ... Dn. Tobias Romberg/ paratas cupit; Omnes Academiae Cives
officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771012853>

Druck Freier  Zugang



Quistorp, J.,
in M. Kaffmeister,

uxor. T. Romberg.

Rost. 1648.

60

PROGRAMMA

98

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOHANNES QUISTORPIUS,

SS. Theol. D. & Prof., Facult. Senior & Rostochiens. Superattendens,

AD EXSEQUIAS

Quas

CONJUGI suæ desideratissimæ

MARGARETÆ

Raffmeisterinn /


Mæstissimus Viduus

Vir Integerrimus & Spectatissimus

DN. TOBIAS Romberg /

paratas cupit;

Omnes Academia Civēs officiosè invitāt.



ROSTOCHII;

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. ANNO 1678.

165

98

PROGRAMMA

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCKENSIS

IOHANNES QUISTORPUS

ss. Theol. D. & Prof. Facult. Senior & Rector

Ordinarius

AD EXERCITIUM

Quo

CONSIGII IUR. DELIBERATIONE

MARGARETAE



Rectoris

Magistri

Magistri

DR. TOBIAS DOMESTICUS

Patris

Ordinarius

1700



ROSTOCKI

1700

Handwritten mark



On Stesichorus poeta duntaxat olim in Helenam, illam Martis & Veneris luctuosam facem, illam Mænam quinqueviram, ut appellatur Lycophroni, verum etiam alii in sequiorum sexum multa opprobria temerè effuderunt. Hippolytus apud Senecã in hæc verba erumpit:

Detestor omnes, horreo, fugio, execror:

Sit ratio, sit natura, sit durus furor:

Odise placuit: ignibus junges aquas,

Et amica ratibus ante promittet vada

Incerto Syrtis, ante ab extremo sinu

Hesperia Teihys lucidum attollet diem,

Et ora damis blanda præbebunt lupi:

Quam victus animum femina mitem geram.

Et apud Euripidem de seipso ita inquit: odio habens nunquam implebor mulieres. neque si dicat quis me eadem semper dicere. Semper enim illa sunt mala. Aut nunc quispiam eas bonas esse doceat: aut me sinat illas usque incessere. Ejusdem ferme sententiæ est illud Eumolpi:

Femina nulla bona est: Et si bona contigit ulla,

Nescio quo pacto res mala facta bona est.

Neque abludit Æsopus, quando in primo cum

Xantippi heri sui uxore congressu hunc senarium recitavit:

Θάλασσοι καὶ πύρ καὶ γυνὴ κακὰ τρία.

Mare & ignis & mulier tria mala.

Quin & feminae ipsae apud Comicum de se ita gloriantur:

— πρὸς δὲ καὶ πεφύκαμεν

Γυναῖκες εἰς μὲν ἑαυτὰ ἀνεχθαιώπεται,

κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σφώσεται.

— *praterea verò naturā sumus*

Nos mulieres ad bona quidem ineptissima:

Malorum verò omnium artifices peritissima.

Est in historiis, Arium quendam M. Pacuvio vicino suo querenti, quod in horto suo funestam haberet ficum, unde tres se suspenderint uxores, falsissimè respondisse: mirari se in tot successibus invenire eum lacrymas potuisse: & petiisse ex ista arbore, quos fereret, surculos. Existimavit scilicet mulierum ille os for, in non minima felicitatis parte ponendum esse, si quis uxorem vel nunquam, ut ille apud Comicum ait, habuerit: vel eam quamprimum amiserit: non secus atque Cato, qui si absque uxoribus mundus esse posset, vitam nostram non sine diis fore putavit. Sunt qui uxores dixerunt ineffugabilem poenam, necessarium malum, naturalem tentationem, desiderabilem calamitatem, domesticum periculum, delectabile detrimentum, hecticam febrim, Sunt qui
aut

aut ex hominum albo expunxerunt, aut virtute
omni exfuerunt. Cum tamen & feminas magna,
& ultra viros posse, omnium seculorum & nostri
exempla satis superque testentur. Ut enim Sol ra-
dios suos per caliginem nebularum subinde di-
spergit: ita illa mortalium regina ratio, vim suam
per feminas non semel expandit. Exempla, quæ
nobis in mundo sunt & ad manum, hoc loco re-
ferre nihil refert. Quicquid autem in sexum mu-
liebrem acerbè & virulenter dicatur, ROMBER-
GIO tamen, viro prudentissimo, & cuivis bono
aliam longè mentè esse & sententiam non igno-
ramus. Hic postquam MARGARETAM
uxorem suam primam & carissimam, feminam
omnium virtutum ornamentis conspicuam,
amisit, non se malo quoquam liberatum, aut be-
neficio adfectū lætatur: sed parte cordis plusquã
dimidiã orbatū cū fletu & singultu abunde testa-
tur. Quemadmodum MARGARETA suã in ma-
trimonium acceptã cum gaudio Læcedæmonio-
rum illud exclamabat: Ἐφυγον κακόν, ὄσον ἄμεινον: Ef-
fugi malum, bonum inveni: ita eãdem ab ample-
xu maritali & consortio avulsã cum lacrymis in-
geminat: Bonum amisi, malum accepi. Et quis
hominum, nisi cuius caput ventosa cucurbita
quærat, inficias eat, maximum & acerbissimum
marito dolorem obitu uxoris inuri? quam vitæ
sociam,

sociam, fortunæ omnis consortem sibi delegerat;
in cuius sinum læta, in cuius sinum tristia
deponere: cui tutò fidere domum, pecuniam,
liberos licebat. Objiciat aliquis illud Chæremo-
nis; γυναίκα πάτην κρείστων ἐστίν, ἢ γαμῶν. *Sepelire præstat
uxorem, quam ducere.* Contendat aliquis, libe-
rorum, fratrum aut amicorum mortes esse longe
acerbiores; ROMBERGIUS tamen discessum
conjugis multo esse luctuosiores ex conscientia
facti profitebitur. Et præstat omninò ducere
uxorem, quàm sepelire. Quid enim maritus si-
ne uxore? dimidiata aut certè gravissimè saucia-
ta anima in ægro & affecto corpore. quid domus
sine domina? δόμος quædam, ut Homerus ait,
ἡμιτελής. Itaque non mirum, si ROMBERGIUS
valde angatur animi, & vix frena injicere possit
ei dolori, quem ex morte uxoris suæ desideratis-
simæ cepit. Fuit enim illa statim primis usque
ab annis ita composita, ut conjunctio ejus, dum
viveret, marito fuerit jucundissima, divortium
morte jam factum longè sit acerbissimum. Pa-
rentes habuit spectatæ probitatis & fidei, patrem
JOACHIMUM KAFMEISTERUM, civem &
negociatorem olim apud nos laudatissimū: ma-
trem MARGARETAM Usenbrocks/ matronam
honestam, & quæ superstes annum septuagesi-
mum quartum jam agit. His à parentibus cum
anno

anno CHRISTI 1644.
mum nono, mense Febr. nata esset: & pietatis ac
virtutum semina à patre traxisset, maternoque
cum lacte imbibisset: tanto ea studio & curâ de-
inceps suscitavit: ut unâ cum ipsa adolescerent,
paribusque spatiis ætas & virtus ejus progrede-
rentur. Cum esset jam matura viro & nubilis, pe-
tita est in matrimonium AN. clō Ioc XXVIII. à
viro honestissimo TITO Eggebrecten/ cive &
cerevisiario apud nos olim spectatissimo, eidem-
que d. III. Febr. solemnî & Christiano ritu copu-
lata fuit. Qui ex uxore hac sua sex filios & duas
filias suscepit. Sed non modo duo filioli de sex
illis, quorum mater facta fuerat, acerbâ morte
rapti sunt, supersticibus hodie HENRICO, JA-
COBO, ANNA & MARGARETA; sed & ma-
ritus optatissimus, cui in conjugio tranquillo &
jucundo fidem ac operas uxorias abunde pro-
bârat, AN. clō Ioc XLII. d. X. Junii à latere &
complexu ejus avulsus fuit. Post devoratas su-
prabiennium viduitatis molestias AN. 1644. am-
bita & exambita fuit à Dn. TOBIA ROMBER-
GIO Juris tum temporis Studioso; post civile
vitæ gen^o amplexo, Huic peperit filiulam unam,
ANNAM MARGARETAM, quæ adhuc
est in vivis. Annos jam aliquot est, cum adver-
sâ corporis valetudine tentata fuit, & quia ma-
lum

Medicorum curâ penitus auferri potuit, morbus
feminæ hujus refractarius magis magisq; auctus
& malignior effectus est, donec eam d. XXVI,
Mart. Dominica palmarum lecto penitus adfixit,
& maximis dolorib⁹ ac cruciatibus afflixit. Quos
tamen patienter sustinuit, nec infeliciten. Die
enim abhinc sexta, quæ erat feria hebdomadis
magnæ sexta, postquàm viatico sacratissimi cor-
poris & sanguinis CHRISTI animam jam evola-
turam procurasset, post quintam matutinam, pla-
cidissimâ in & cum CHRISTO servatore suo
morte obiit. Dum vixit, singulari adversus Deum
pietate, ardenti in liberos caritate, debitâ erga
maritum observantiâ fuit. Jam excepit Eam,
quod imminente fatali divorcio sæpius sibi cum
Augustino optabat, somnus cum requie, requies
cum securitate, securitas cum æternitate.

Quod restat, à vobis, Cives Academici, amice
contendimus, date hanc gratiam Viduo maestis-
simo, & piissimæ feminæ exsuvias ad Requietori-
um frequentes comitamini. In conventus fiet
hodie in æde B. JACOBO sacra hora mediâ pri-
ma pomeridiana. Valete, & SIC VIVITE, UT Æ-
TERNUM VIVATIS. P. P. Rostochi sub sigillo
Academæ d. V. April. AN. cl. lxx XLIX. ni fl.

1660



aut ex hominum albo expunxerunt, a
omni exfuerunt. Cum tamen & femin
& ultra viros posse, omnium seculorun
exempla satis superque testentur. Ut en
dios suos per caliginem nebularum s
spergit: ita illa mortalium regina ratio
per feminas non semel expandit. Exen
nobis in mundo sunt & ad manum, h
ferre nihil refert. Quicquid autem in
liebrem acerbè & virulenter dicatur, R
GIO tamen, viro prudentissimo, & c
aliam longè mentè esse & sententiam
ramus. Hic postquam MARGA
uxorem suam primam & carissimam
omnium virtutum ornamentis co
amisit, non se malo quopiam liberat
neficio adfectū lætatur: sed parte cor
dimidiâ orbatū cū fletu & singultu ab
tur. Quemadmodum MARGARET
rimonium acceptâ cum gaudio Læc
rum illud exclamabat: Ἐφυγον κακόν, & ε
fugi malum, bonum inveni: ita eâde
xu maritali & confortio avulsâ cum
geminat: Bonum amisi, malum acc
hominum, nisi cujus caput ventos
quærat, inficias eat, maximum & ac
marito dolorem obitu uxoris inuri

omnis

A 3

